

Simon Marius

Tabulae Directionum Novae
Nürnberg: Christoph Lochner 1599

Eigentümer des Exemplars
Wolfgang Marius, Graz

Marius-Portal

Simon-Marius-Gesellschaft, Herausgeber: Pierre Leich

www.simon-marius.net, 15.07.2014

Tabulae Sictionum novae.

actae

Simone Mario Gintiquisano.

Stipendiaris et Alumnus Saponatano

1599.

Johannes Meserius
geb. 1553 gest. 1621 15/8
Rothenburg Francken
studium in Leipzig, Jena
u. Tübingen
Mentor in Adels Hof
Supernumerarius in Rothenburg
o. d. Taubitz
Rühmliche deutsche Kirchenhi-
storie geschrieben: „Christus
Jesu die theure Nam...“
„Trübtsch mit der letzten
Zeit...“
In die Kirche von Hainz ge-
wöhnt nach 8 Tagen geschrieben.

M. Gregorius & Marcan
Stargard: pastor ecc.
& sic Vrbace.
1607.

TABVLAE DIRE- CTIONVM NOVAE.

*Universa penè Europa inservientes
in quibus.*

- I. Verissimus antiquorum Astrologorum ipsiusque Ptolemaei duodecim caeli domicilia distribuendi modus non tam restitutus, quam de novo inuentus.
- II. Directionis Ptolemaicae utriusque tam artificiosae quam vulgari facilior & exactior ratio.
- III. Constituendi aspectus vsitata ratio emendata, atque antiquorum (à neotericis huc vsque neglecta, vel potius non intellecta) in lucem reuocata.

*Omnia ex vno eodemque fundamento promanantia Methodo
facilima, verissima, planeque naturali traduntur.*

Autore

Simone Mario Guntzenhusano, Stipendiario & Alumno Sacrisfontano.



MDXCIC.

*Ex Libris Johanni
Mortz de Vils.
1673.*

*in possessionem suam
me alligavit, Paulus
Philippus Mortz de
Vils. Anno. 1667.*

*Emptus deinde et ap-
propriatus Paulo
Pittor. Anno 1689*

Paulus Pittor



ILLVSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMI-
NO, DOMINO GEORGIO FRIDERICO, MARCHI-
ONI BRANDENBURGENSI, BORVSIÆ, STETINI, POME-
raniz, Cassubiorum, Vandalorum, & Silesiæ Ducini Ie-
getendorff, &c. Burgrauio Noribergensi, & Principi
Rugiz, &c. Domino suo Clemen-
tissimo.

ILLVSTRIS SIME
& Clementissime Princeps, Do-
mine ac Nutricie Benignissime
Cum aliquãdo Jupiter & Mer-
curius, ut est in fabulis Poëta-
rum, humanam induti formam, Phrygiam re-
gionem, exploranda hominum liberalitatis &
benevolentie gratia, per agrassent, nemoq; ex
incolis istius regionis eos recepisset, tandem ad
pauperis cuiusdam, Philemonis nomine, villam
de venerunt, à quo, sicut etiam ab ipsius coniuge
) 2 Baucide

PRINCEPS. ostendunt historia omnium tempo-
rum. Quae enim regio, pietatis & artium con-
temtrix, tandem non iustas pro sua securitate
dedit pœnas? Quid nunc Chaldaea, Arabia,
Aegyptus, Iudaea & Gracia? in quibus olim
regionibus, verbum Dei & artes liberales flo-
rentissima extiterunt: Nonne extrema jam
vastitate, barbarie atq; Tyrannide sunt oppres-
sa? ut verè in illas nunc quadret versus:

————— Tellus habitabilis olim:
Nunc celebres mergis, fulicisq; palustribus vnda,

Hac diligenti consideratione sunt maxime
digna, cum etiam in hac extrema mundi sene-
ctâ Juppiter & Mercurius in Germaniam
dilectam nostram patriam devenerint, eamq;
peragrarint, id est, DEVS ex immensa bonitate
lucem sui verbi & artium liberalium in Ger-
mania accenderit. Quid autem fiat à plerisq;
& quomodo erga utrumq; sint affecti, in con-
spectu, proh dolor, est. Eo enim ferè deventū est,
ut nullius nomen peius audiat apud plerosq;
quam corū, qui religionis & artium liberalium
sunt sectatores veri. Ideoq; extrema etiam
barbaries

barbaries & Tyrannis, si non fatalis totius
mundi destructio metuenda est.

Has vero tabulas Astrologicas, Jll. & Clem:
Princeps, sub C. T. nomine in publicum prodi-
re & Xenij loco in felix huius novi ingruentis
anni auspiciū humiliter C. T. offerre volui,
non tantum; ut sint apud C. T. testimonium
grati in me animi; sed etiam ut posteritati in
notesceret. C. T. verum extitisse Philemonem,
hoc est, religionis, pietatis, tranquillitatis & ar-
tium liberalium atq; ita etiam diuina Mathe-
seos, Fautorem & propagatorem benignissimū
& laudabiliter vestigia secutum esse. C. T. Cla-
rissimi Patris Illustriissimi Principis, Georgij
Marchionis Brandenburgici, & C. T. Patruī
ALBERTI, Primi Borussia Ducis, laudatissi-
ma Principum memoria.

Has meas tabulas ut C. T. benigno ac-
cipere vultu, & me mea q; studia Clementissi-
me sibi commendata habere ut velit, submis-
se oro.

AEternus

*AEternus DEVS, & Pater Domini nostri Iesu Christi C. T. cum Illustrissima & pi-
entissima coniuge, Dominis Consiliariis & c. in
bona corporis valetudine, & felici omnium re-
rum statu diu conseruet, per & propter Chri-
stum Dominum & saluatorem nostrum, A-
men. Data Heilsbronna pridie Andrea,
Anno M D X C I I C.*

C. T.

Subjectis. & Obseq.

*Simon Mair Guntzenhusa-
nus, stipendiarius & A-
lumnus Heilsbronnensis.*



PRÆFA



PRÆFATIO

AD LECTOREM.

In qua totius huius *πραγματίας* fundamenta ex Ptolemæo aliisque veteribus demonstrantur; Et ratio Regiomontani propter suam cum mente Ptolemæi pugnantiam improbat.



MAGNA fuit aliquot jam seculis disceptatio, lector Astrophile, de duabus rebus iisq; maximè necessariis ei, qui Astrologiam penitus introspicere, & mysteriorum excellentis atque sublimis illius Scientia participes fieri cupit. Ex illis autem ferè primum sibi vendicat locum distributio sive distinctio totius cæli in duodecim spacia, qua vulgus Astrologorum domos appellare solet. Altera priori necessario succedens, est deductio locorum principalium in genitura, sive significatorum ad suos promissores qua tempus futurorum eventuum, bonorum pariter ac malorum, determinare docet. In utriusq; veritate & certitudine inquirenda multi desudarunt, & quidem, meo arbitrato, non immerito. Quis enim est, qui doctrinam de motu & efficacia siderum cælestium primis saltem, quod dicitur, labris degustavit, qui non intelligat, quantum momenti in utriusque exacta cognitione situm sit, quod sine his, illa ars quæ virtutem & efficaciam corporum cælestium, quam in hæc inferiora corpora, ordine divinitus instituta, exercent, explicat, tota ferè intercidat, atque prorsus inutilis reddatur.

Diversitas autem ingeniorum summorum, & in mathematicis excellentium, diversas quoque rationes deperit, tum constituen- di duodecim domorum cæli initia, tum deducendi loca

A. princi-

principalia geniturae, pro tempore eventuum eruendo. Quam
diversitatem, lector Astrophile, ex Astrologorum libris disce-
re poteris. His ego declarationi eiusdem non immorabor, ne du-
bia & incerta, imo falsa prorsus recensendo, exiguus certiora &
naturalibus constantia rationibus tradendi relinquatur locus.

(Hoc enim in libello, tibi Philomathes comunicaturus sum
doctrinam absolutam, de erigendis duodecim caeli domibus, de
constituendis aspectibus, & de dirigendis locis Apheticis gen-
turarum, modo planè naturali, nec non ipsi experientia corre-
spondenti. Et quoniam ratio huius calculi interdum non parum
à vulgatis erigendi & dirigendi modis discrepat, de tribus his
in praefatione te fideliter erudiam, nec postea precepta horum
explicatione obscurare necesse sit. Prius autem ostendam ex i-
pso Ptolemaeo, quid hic excellentissimus & praestantissimus arti-
fex de hac doctrina senserit, cū plerumq; ab ipsis mēte discrepare
videā, qui tamē omnes autoritatē eius praeferunt firmētis.

Et si autem Ptolemaeus in toto suo libro de praedictionibus
Astrologicis nullibi ex professo de distinctione domorum agit,
tamen verisimile est, ipsum eandē habuisse rationem, quam ali-
quot artifices excellentes post eum usurparunt, & quam ego te
paulo post docebo. Meminit is (lib. 3. Praedict. de direct.) hemicy-
cliorum, per communes Horizontis & Meridiani sectiones descri-
ptorum, quorum quodlibet secundum eandem positionem à pro-
ximo distet hora proximè equali $\omega\pi\epsilon\lambda\lambda\omega\sigma\tau\omega\upsilon$, inquit, $\eta\gamma\epsilon\tau\alpha\tau\eta\upsilon\omega\upsilon$
 $\tau\omega\upsilon\delta\epsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon$ (His verbis Ptolem., haud du-
bie obliq; solūmodo distinctionem domorum suā describere vo-
luit, quā etiam mente ab omnibus aliis hactenus ea sunt accepta.
Nam ad doctrinam de directionibus non sunt necessaria, cum
pro remotione significatoris à medio caeli unicam saltem statuat
ut eiusmodi hemicyclium, ad quod promissor deducendū est. Quo-
niam autem haec verba Ptolemaei cum proximè praecedentibus &
sequentibus in ipso textu magnam praeseferūt obscuritatem &
si obiter tantummodo considerentur, Ptolemaeum sibi contradi-
xisse convincere videntur, ideo nodus inde omnibus, quos ego
quidem

quidem vidi, inextricabilis exortus est. Vnus Regiomontanus
summus & excellentiss. artifex, quae laus merito ab omnib. ei tri-
buitur, theoriam dictis verbis comprehensam, cum exemplis ipsis
conciliare, rem impossibilem ratus decerpit ex ipso textu praece-
denti verba $\tau\omega\upsilon\delta\epsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon\tau\eta\upsilon\omega\upsilon$, & ut quae sua speculationi
maxime accommodata essent; neglectis vel perperam intellectis
posteriorib. $\omega\pi\epsilon\lambda\lambda\omega\sigma\tau\omega\upsilon$ &c. Itaq; ingeniosissimus ille vir in cum la-
psus est errorem, cum Ptolemaeum Astrologū incomparabilem in
praefatione tabularum suarū directionū insimulare videtur; V-
big. n. & semper cum erectionem tum directionem perficit offi-
sio semicirculi per utraq; Horizontis & Meridiani intersectiones
transeuntis, idēq; fecisse Ptolemaeum constanter asseverat. Num
autem hic Ptolemaei textus sensus sit, aut esse possit, in sequentib.
videndum erit. Interim tamen in ceteris autoritatem excellen-
tissimi & de hac tota doctrina meritissimi artificis Iohannis Re-
giomontani salvam & illam volo,

Dicit a. primum Ptolemaeus quod semicirculi, per quos dire-
ctiones naturali modo instituta fieri possit per Horizontis & Me-
ridiani sectiones describendi sint, deinde quod hi semicirculi ho-
ra proximè equali à se invicem distare debeant. Tertio quod idē
semicirculi, quomodocūq; circa dictas sectiones circumagantur,
eandem habeāt situm & positionem & ad Meridianū & ad Ho-
rizontem. Qui igitur eiusmodi hemicyclia, qua trib. his requisiti-
satisfaciāt, describere docuerit, ut mētem Ptolemaei rectè per-
cepisse, scopumq; tetigisse jure dici poterit. Hoc tamen in primis
& ante omnia cōstare, nec unquam in toto suo opere, multo min-
in hoc eodē capite de vitae spacio sibi contrarium esse, Tantum n.
Philosophum uno & eodem in loco cōtradictorias & pugnantes
asseruisse sentētias credibile non est, ut q. aliās de hac Astronomia
parte, quam divinatricē vocāt, tāta prudētia, & naturalib. cau-
sis adeo consona scripsit, ut hactenus sui similitē habuerit neminē.
Licet a. hic Ptolemaei locus admodū obscurus & explicatu difficilis
sit, & quidē ita, ut nemo ex eo sese expedire hucusq; potuerit, Et
ut verū fatear, de ipso eius loci sensu eruendo serē desperaveram,

Tamen cum mihi fides Ptolemæi in tradenda hac arte semper ob oculos versaretur, tandem DE I benignissimi auxilio quoddam inveni remedium, quo theoria cum ipso calculo conciliari potest id quod nec Regiomontani speculatio, nec alterius cuiusdam præstat. Et ut de modo solius Regiomontani, qui præ reliquis omnibus propius ad mentem Ptolemæi accessisse videtur, aliquid dicam, circuli ejus positionum nullo alio in Sphæra situ quàm in recto, locum habere, & mente Ptolemæi satùs facere possunt. Tum enim unum quodq; eiusmodi hemicyclium ad quamvis positionem, secundum omnes suas partes eandem habet positionem & ad meridianum & ad Horizontem & de omnibus æquatori parallelis portiones abscondit proportionales: Vt si hemicyclium quoddam de æquatore abscondat tertiã partem totius illius quadrantis comprehensi inter meridianum & Horizontem, abscondet simul de omnibus & similis parallelis eandem cuiusvis partem tertiã. Atque hac omnino est sententia Ptolemæi, si quis theoriam ipsius & calculum rectè perpendat, ut scilicet æquator cum omnibus parallelis, qui modo ascensum aliquem faciunt, in omni Sphæra situ cum recto tum obliquo in æquas partes subdividantur; Hemicyclium itaque transiens per has divisiones, ad mentem Ptolemæi descriptum erit. Quod autem Ptolemæus tale intelligat hemicyclium quod de æquatore & omnibus parallelis usq; ad maximum apparentem, si qua est poli elevatio, partes proportionales, ut dictum, abscondat, vel ex eo liquet, quod totam dirigendi operationem absolvit per horas temporales, & hanc tradit maximam cum inquit: Quæ Zodiaci segmenta iisdem horis temporalibus à meridiano distant, ea in uno eodem ex prædictis consistunt hemicyclio. Hoc autem nunquam accidit circulis positionum Regiomontani, præterquam in spheræ rectæ; extra enim eam ubique & semper vel iusto majorem vel minorem de quibusvis parallelis abscondunt portionem.

Dicit quidem Ptolemæus quod prædicta hemicyclia describenda sint per sectiones Meridiani & Horizontis, non tamen
addit

addit, per utraq; simul & semper: sed statim sese explicat, inquit; ὅπ' ἕνασθ' &c: quorū quodlibet à proximo hora distat proxime æquali non æquinoctiali, sed temporali, ut paulo post demonstrabitur; Item quod quomodocunque circumducatur circa dictas sectiones, eandem habeant situs rationem secundum omnes suas partes & ad Meridianum & ad Horizontem. Hæc verbis tradit Ptolemæus proprietatem istorum hemicycliorum, ut sane, quæ & qualia ipse intelligat hemicyclia, innotescat. Respexitq; sine dubio ad Astrolabium instrumentum antiquissimum in quo eiusmodi portiones circularum horarum temporalium designata erant, neglecta tamen præcisione, ut ex sequentibus patebit.

In spheræ rectæ delineatio horum hemicycliorum, quæ non inepte cum Regiomontano circulos positionum appellare possimus, eadem est quæ apud Regiomontanum. In spheræ autem obliqua, non sunt profecta hemicyclia, sed paulatim decretere & incurvari incipiunt cum incremento elevationis Polaris, donec evanescant & ubi polus est verticalis, cum circulis per polos mundi descriptis coincidant, & divisio domorum iterum fiat per ascensiones rectas, ut in recto spheræ situ, hoc tantummodo discrimine, quod scilicet hic polus Horizonti incumbit, illic eidem perpendiculariter insistit. In spheræ itaque obliqua delineatio horum hemicycliorum exacta impossibilis ferme videtur, propterea quod non una circini extensione ea fieri potest, sed multiplici & varia. Est enim horum hemicycliorum ratio tam intricata, ut vix verbis satis explicari possit. Cum differentia enim arcuum semidiurnorum hoc est, parallelorum æquatori proportionaliter sit variatio extensionis circini. Sicut enim illa ab æquatore utrinque crescere incipiunt, donec in maximo apparente vel latente & sectione Horizontis & Meridiani sunt maxima: ita hæc decrescit; & ubi illæ sunt nullæ, hoc est, in æquatore hæc est maxima. Vbi vero illa maxima, hæc existit nulla. Imaginatio vero facilior est. Assumatur enim portio quædam æquatoris, & quota hæc est totius quadrantis, tota etiam

animo concipienda est in omnib. parallelis à sectione Horizontis & Meridiani, usq. ad maximū apparentem vel latentem parallelum, connexio harum divisionum omnium efficiet hemicyclium quoddam imperfectum & tortuosum, quod referet figuram litera S. in quadrantibus cæli orientalibus; in occidentalibus vero, figuram ejusdem litera in versam. In hoc hemicyclio quævis zodiaci segmenta, vel alia cæli puncta cõstituta, eandem habent situs rationē & ad Meridianum & ad Horizontem. *Exempli gratia, si prædicta portio æquatoris tertia pars sit totius quadrantis, id quod sit in determinatione undecima domo, ut inferius dicitur, imperfectū hemicyclium dicta ratione ductū de omnib. æquatori parallelis à sectione illa meridionalit usq. ad maximū apparentē tertiā abscindat partē, & quævis Zodiaci segmenta, aut alia cæli puncta in hoc semicyclio sive circulo positionis constituta, duas præcise horas temporales à medio cæli stabunt. Atq. hæc hemicyclia sive circuli positionis in Sphæra obliqua supra terrā semp̄ transeunt p̄ sectionem Meridiani & Horizontis australem & terminantur in maximo apparēte æquatori parallelo; sub terra vero transeūt p̄ sectionem Borealem & terminantur in maximo latente æquatori parallelo. Hæc delineatio pulchrè cum Ptolemai doctrina consentit; describuntur n. hæc hemicyclia sive circuli positionis p̄ Horizontis & Meridiani sectiones, modo per utraq. simul, ut in Sphæra recta, modo per australem modo per Borealem, ut in Sphæra obliqua. Insuper ipsi calculo Ptolemai satisfaciūt, & p̄ eos cum erecto, tum directo ratione Ptolemaica & antiquissima representari & absolvi potest. Vocat a. Ptolemaus hos circulos positionis hemicyclia ideo, quia in Sphæra recta reuera sint perfecta hemicyclia, in obliqua vero hemicyclia similiore, quam vel arcubus aut circulis. Ideo appellatio hæc illis melius cõpetit, quam alia quæcunq. Nos tamen vocab. Hemicyclii & circuli positionū p̄ synonymis utemur, priori quidem p̄pter conuenientiam & autoritatē Ptolemai: altera propter eorundem proprietatem, quia scilicet puncta cæli omnia quæ in eis consistunt, eandem habent positionem & Meridianum & ad Horizontem.*

Cum

Cum autem hæc res longiorem requirat explicationem, quam quæ huic loco conveniat, ideo alibi, D E O volente, uberius rem hæc de re instituire tractationem, decrevi; Vbi etiam erronea ratio designationis horarum temporalium in Astrolabio ab antiquis tradita clarè demonstrabitur, & modus delineationis verior & exactior tradetur.

Adhuc unū restat dubiū de vocabulo *ἰση* q̄ serè omnes p̄ hora æquinoctiali acceperūt; Id falso. Respicit n. Ptolem. hu. verbis sine omni dubio, ad circulos illos quinq. horarios in ipso Astrolabio designatos, q̄b. antiquissimi Astronomi in distinctione domorū cælestium & determinatione horarū temporalium sive planetariarū usi fuerunt. Hemicyclium n. eiusmodi quodcunq. à pximo distat hora temporalis pxime æquali; Et licet inter proxima quæq. comprehendantur quindecim gradus æquatoris, non tamen hæc distantia æstimanda est unius hora æquinoctialis, sed temporalis, sequetur n. aliās q̄ horizon regionis semper horis sex æquinoctialibus à Medio cæli distet, quæ tamen ab eodem semper horis sex temporalibus, abesse eodem in capite aliquoties asseverat. Ptolemaus n. loquens de distantia Horizontis & Meridiani, non intelligit gradus istos 90. qui in omni Sphæra situ semp̄ manent numero istaq., sed arcum quendam æquatoris comprehensum inter duos Meridianos, quorum alter trāsit per verticem regionis aliter per gradum Eclipticæ emergentem in Horoscopo, qui arcus aliās semidiurnus nūcupatur, cum sexta pars metitur quātitatem hora temporalis cõgruentis dato Eclipticæ puncto. Talibus itaq. 6. horis temporalibus gradus Eclipticæ in Horizonte existens à Medio cæli distat, quæ hora semper sunt inæquales horis æquinoctialibus, nisi puncta æquinoctiorum ascendant quando ad unguē conueniant utraq. Hæc igitur horas intelligit Ptolemaus, quando de distantia Horizontis orientalis à Meridiano loquitur & vitæ ambiguitatis gratia usurpat vocabulum *ἰση*, quod certe pro horis æquinoctialibus, accipi nullo modo potest. Et quod diligenter notandū censeo, Ptolem. in hoc toto capite de directionibus, unica quidē directione mentionē facit horarū æquinoctialium, sed totā dirigēdi operationem

Dum jam typis subiicienda erant hæc, venit ad manus meas Paraphrasis Proclini in Ptolem. in qua expressè additur vox *ἰση*. vocabulo *ἰση*.

rationem absoluit per horas temporales, significatore etiam in iu-
nea Horoscopi constituto, qua de re me quicquam legere apud
quencquam a Ptolemae usque temporibus non memini. Accedit
etiam hoc quod Ptolemaeus nunquam, quod ego quidam sciam,
usurpet vocem ἰσηρ quando de horis aequinoctialibus loquitur,
sed ἰσηρ μενοῦν ut in Cap. de Eclip. & alibi. Bis vero utitur eadem
voce ἰσηρ in cap. de direct. pro horis temporalibus, sibi invicem
proportionem, non gradibus aequatoris aequalibus. Sententia itaque
mea est, quod Ptolemaeus per vocem ἰσηρ non intelligat horas
aequinoctiales, sed temporales quam proxime aequales ut antea
dictum est, (maxima enim differentia inter proximas quasque
horas, vix & quidem rarissime, unius existit gradus) ita ut
memorata hemicyclia siue circulos positionum hora una temporali
proxime aequali a se invicem distare, & cum Meridiano atq; Ho-
rizonte sex constituere, horas temporales arbitretur. Certum e-
nim est veteres horas suas numerasse diei quidem ab ortu solis,
noctis vero ab occasu eiusdem, totumque illud temporis spacium,
quod sol vel supra vel infra horizontem conficit, in duodecim
aeras divisisse partes quas horas appellarunt. Cum autem illud
spacium inter Meridianum & Horizontem Ptolemaeus dividat
in sex horas temporales, & in tria saltem caeli domicilia, verissi-
mum est etiam Ptolemaeum cuiuslibet domicilio duas horas tempo-
rales attribuisse. Ut ita ad mensum Ptolemaei hemicyclium quod
duabus horis temporalibus a meridiano distat, undecimam de-
terminet domum, quod vero quatuor duodecimam, quod deniq;
sex abest ab eodem Meridiano, hoc est, Horizon regionis princi-
pium prima notet domus.

Uom.
Hanc ego rationem in distribuendis duodecim caeli domibus
Ptolemaeum usurpasse omnino credo, cum praeter cetera jam di-
cta, tum quia praeter reliquis omnibus maxime naturalis & veri-
tati consentanea esse videtur. Nam quilibet gradus Ecliptica,
vel sidus caeli quodvis, remotum jam ab Horizonte orientali (ut
de solo orientali quadrante nunc loquar) virtutis suae, quam ra-
tione domorum caeli conspicit, incrementum sumit proportionem
quadam.

quadam, secundum appropinquationem eius ad Meridianum,
in circulo, non aequatore, sed aequatori parallelo, hoc est, arcu e-
iusdem semidiurno, ut ita maxima eius sit virtus in meridiano,
& diminuatur eadem secundum remotionem modo dictam. 14.
deo maxime naturaliter mihi Cardanus scripsisse videtur, de e- lib. de reuol.
ligendo vira significatore, quod tota distantia vitalis roboris cap. 14.
comprehendat 40 minuta remotionis a Meridiano caeli, qualium
hora sex temporales, id est distantia Horizontis a Meridiano as-
sumitur 60: Licet Cardanus in eo fallatur, quod semper assu-
mat arcum semidiurnum gradus ascendens, eumque in tres
aeras dividat partes; qua speculatio fuit in primis Iohannis de
Saxonia, sinistra, ut opinor intellecto Alcabitio, sed nullam ha-
bet rationem naturalem hic modus, id quod iudicio lectoris
Astronomi permitto.

Fuerunt deinceps post Ptolemaeum alii excellentissimi ar-
tifices, qui eadem ratione Ptolemaica distinxerunt duodecim
domicilia: Ut Zabeel Arabs Astrologus praestantissimus, quem lib. de quest.
eodem modo divisisse caelum ex eo constat, quod Guido Bonatus cap. 4.
figuram caelestem interrogationis de regno posuit, quam ex ipso
Zabeel cum gradibus planetarum & domorum se desumpsisse fa-
tetur. Hac figura ad amussim condita est secundum rationem
eam de qua hic sermo est. Ascendit enim gr. 21. Geminorum in
Horoscopo, mediat caelum 4. gr. piscium sub elevatione Poli 30.
gr. 8. gr. Arietis cuspidem undecima domus occupat, 15 Tauri
duodecima, 8 Aquarii nona, 13 Capricorni octava.

Post Iohannes Hispanensis, non minus excellens artifex, qui
claruit Anno CHRISTI 1142, & fuit coaetaneus & popularis A-
brahami Avenetiae, is scripsit libros quatuor de iudiciis Astro-
rum, & ab initio capituli 20. lib. 2. aperte de seipso testatur, quod
nihil scripserit vel ediderit, nisi ea, in quibus sapientes conven-
erint, & de quibus, ut ipse loquitur, experimentum habeatur,
Huic auctori ego multum tribuo, cum propter alia, tum quia di-
cta antiquorum ipsa experientia examinat, & quid experien-
tia sit comprobatur, & quid non, fideliter ostendit. Hic in in-
B. Situatio

stitutionis sue astrologica Cap. 21. (suum etiam locum tribuens modo aequali, quem nec ego rejicio) tradit rationem, qua secundum hunc ipsum modum, duodecim caeli domiciliorum cuspides, in Astrolabio instrumēto antiquissimo reperiri possunt. Quoniam autem hic autor non à quovis habetur, nec haberi potest, subjiciam hic ipsa verba auctoris, majoris evidentiae gratia.

Ponitur (inquit) gradus, ascendens in oriente, qui est principium primae domus, sed septima incipit ab opposita per gradus tangens lineam meridianam, est initium domus decimae, quartum sive imum caeli domicilium incipit ab opposito ejus per gradus totidem, & haec quatuor domus dicuntur anguli. Et gradus inventus in fine lineae horae decimae, est principium secundae domus. In fine octavae invenitur tertia. In fine quartae, quinta. In fine secundae, sexta.

Hanc brevissimam & facilissimam caeli domicilia describendi methodum, abs te gloria dictis, in ipso Astrolabio adinveni, ante etiam quam intellexeram, quid autor sibi his verbis velit, quem tamen in aliis, saepius legendo mihi admodum familiarem reddideram. Imò quod plus est hanc totam erigendi figuram caeli rationem excogitavi prius, quam vel quicquam in autoribus de ea legi, Cuius rei mihi conscientia mea, ratio calculi, & ij, qui ferè perpetui mearum actionum sunt inspectores, testimonium satis clarum perhibent.

Hic Iohannes Hispalensis, ut scribit Ioachimus Hellerus, plurimos Arabicos Astrologos in latinum sermonem convertit, ex quibus etiam fuit Alcabitius; Quos omnes vel certe plerisque, eadem ratione dividendi caeli domicilia, usos fuisse conjicio, praesertim vero Alcabitium, ut qui etiam mentionem faciat arcuum semidiurnorum & temporum horariorum, & Piscis Mirandula, post recitationem usitatorum modorum, expressè scribat, quod quidam eximius vir sui temporis, nomine Ludovicus, asseruerit, nullum ex illis modis cum mente Alcabitii convenire, Verba ejus sunt Ludovicus Heremita, diligens exactissimusque supputator, solitus est probare, nullam ex methodis, quas memora vimus, Alcabitii dictis convenire. Simili fere coniectura uti possum de Abrahamo Avenezra, cum eorundem

lib. contra
divinat: A.
astrolog: 9
cap. 7.

rundem hemicycliorum faciat mentionem, quorum Ptolemæus, & insuper fuerit coaetaneus & popularis Iohannis Hispalensis, sed certi asserere nil possum, cum neutrum adhuc legerim.

Vides igitur, lector Astrophile, quod hac ratione distribuendi domicilia caeli, vti fuerint antiquissimi & celeberrimi artifices in hoc doctrina genere, & quod nullo modo recens hac sit excogitata & nova (licet reverà mihi fuerit nova) sed antiquissimis & praestantissimis artificibus usitata.

Quæris autem forsitan, candidè lector, cur nullam rationem supputandi hunc modum innumeris tradiderint antiqui. (Hujus rei causam hanc esse arbitror, quod scilicet vel nullam vel prorsus difficilem minimeque exactam calculi rationem noverint, sed omnes Astrolabio usi fuerint, via scilicet faciliore & satis exacta. Id quod conjectare licet ex figuris antiquorum, ut Messahala, Hali & aliorum, in quibus tantum cardines ascriptos habent gradus. Sol vero Luna & ceteri planetae sunt in figura dispositi secundum horas distantie Meridiano, Cui etiam rei fidem facit supra memoratus Iohannes Hispalensis, qui rationem directionum & constituendorum aspectuum docet in numeris & calculatione, solam vero distinctionem domorum monstrat in Astrolabio. Insuper Saracenus quidem Astronomus de eadem etiam difficultate conqueritur, inquiens, illud esse opus multi laboris & occulte inquisitionis. Tradit tamen quendam calculandi modum, sed veritati tantum aliquo modo (ut ipse fatetur appropinquantè, interim tamen adeo perplexum atque intricatū, ut sese inde expedire maximi sit laboris atque industriae.

Quod vero Saracenus iste (ut obiter illud admoncā) annotavit, præfectionem radiorum, sive ratione constituendorum aspectuum, & divisionem domorum ex uno demonstrationis fonte procedere illud maxime probo, sed addo etiam directionem, concludoque, quod tria hac, distinctio nempe domorum, constitutio aspectuum & directio, & uno eodemque fundamento necessario procedant. Hæc de Ptolemæica, antiqua & maxime naturali ratione distinguendi domos caeli sufficiant. Nunc breviter quadam de directionibus ex ipso Ptolemæo repetam, explicandi textus

Impressus
Norimbergæ
Anno 1594
cum Messahala & alio
quodam A-
stronomo
Hebræo.

Ptolemaici gratia, qui multis admodum obscurus visus ante hac fuit, decepti forsitan latina versione, quae est vitiosa, & pluribus in locis à mente Ptolemaei prorsus aliena. Quare diligenter cavendum censeo lectori ab ea, quae edita est Basilea in octavo. Versio vero Gogavae, in quarto impressa Lovanii melior existit. Tutissima autem ipsius Graeci textus frequens & diligens lectio.

Ptolemaeus in capite de directionibus duo recitat praecepta dirigendi, alterum exactum & artificiosum, cum exemplo, alterum vero vulgare & simplex, itidem cum exemplo. Quae duo praecepta non tamen discrepant, sed ad idem recidunt ad extremum. His duobus dirigendi modis praemittit quaedam praeparatoria ad ipsam directionem, & prius praeceptum orditur à verbis: $\text{Μία δ' ἡ τισὴν αὐτῶν ἐφ' ὁδοῦ ἔσται τοιαύτη}$, &c. Posterius vero $\text{ἐπὶ δὲ κρητῶν πείρατος}$, &c. Priorem & exactiorem dirigendi rationem Ptolemaeus sola ascensionum rectorum tabula & horis temporalibus absolvit, quemcunque sanè locum in genitura significator obtineat, sive in cardinibus sive extra eos consistat, neglectis prorsus ascensionibus vel descensionibus obliquis. Altera ratio & simplicior perficitur ascensionibus vel descensionibus obliquis, mediantibus tamen horis distantia significatoris, & est haec; significatore constituto in Horoscopo vel cardine opposito utitur Ptolemaeus ascensionibus vel descensionibus obliquis regionis. Extra vero angulos constituto loco procedente, datus primum utriusque loci ascensionibus rectoris & differentiis ascensionalibus regionis, significatoris deinceps horas distantiae inquirat eodem planè modo, ut in exactiore dirigendi methodo. Quibus horis distantia sumit partem proportionalem, de differentiis ascensionalibus, ad sex. Illam addit & subtrahit ex ascensione rectoris utriusque loci, secundum ipsorum exigentiam. His peractis colligit ascensiones vel descensiones utriusque in eodem hemicyclo constitutis correspondentis. Subtractio denique minoris à maiore, ostendit arcum directionis quaesitum.


Ad extremum notandum quoque, arbitror, quod Ptolemaeus nequa-

nequaquam neglexit latitudines, id quod volunt neoterici; sed assumpsit exemplum tale, ex quo lector ipsius mentem eò facilius percipere possit. Non negaverim tamen aliquem etiam effectum habere directiones sine latitudine institutas, propter συμπέδων , quam gradus Eclipticae habet cum sidere in ipso gradu secundum longitudinem versante. Exemplum haud inconveniens subministrant chordae in instrumentis musicis, quibus si quid ad extrema imponatur, & percutiant, tunc edunt sonum qualitate respondentem materiae ipsis imposita. Sed ego plus tribuo directionibus, in quibus etiam latitudines adhibentur.

Hec de Ptolemaica antiqua & naturali cum erectione tum directione bono consilio in me diu proferre volui, quibus recte praeceptis, magnam ipsi texui Ptolemaei accessuram esse lucem spero. Nunc breviter theoriam & demonstrationem linearum modi hoc quidem tempore novi, revera tamen antiquissimi dividendi duodecim caeli domicilia subjiciam, ut intellecta demonstratione, ipse calculus tum divisionis domorum, tum constitutionis aspectuum, tum denique directionis tibi facilius reddatur.

Meridianus & Horizon quatuor constituunt angulos sive cardines. Ad distributionem intermediorum domiciliorum supra terram existentium (oppositorum eadem est ratio) assumo quatuor alios circulos positionum juxta doctrinam superius traditam per tricenos aequatoris gradus descriptos. Quibus ita dispositis, fit ut circuli positionum determinantes initia nonae & undecimae domorum, duabus, praecise horis temporalibus, non gradus ascendens, sed ejus per quem circuli praedicti transeunt, à Meridiano distent, hoc est, ut distantia gradus illius qui initium undecimae vel nonae domus determinat tertiam partem arcus ejusdem semidiurni complectatur. Eadem prorsus methodo initia duodecimae & octavae domus de signo, hoc solum observato, ut scilicet distantia gradus duodecimae & octavae domus initium occupatis, & quem reliqui duo circuli positionum pertranseunt,

beſſem, id eſt duas tertias contineat arcus ejuſdem ſemidiurni. Ut ita cuspis undecima & nona domus 20. minutis, duodecima & octava 40 à Meridiano diſtet, qualium cujuſlibet arcus ſemidiurnus aſſumitur 60. Horum minorum magnus in præceptis erit uſus, ſiquidem per ea arcus ſemidiurnos, directionis ad maiorem facilitatem & præciſionem reduci poſſunt, quam per horas & horarum tempora.



Hoc modo rationem illam Ptolemaicam dividendi duodecim cæli domos convenienter repræſentari poſſe puto, ſchemate ante oculos poſito; Notabilior tamen magiſq; conſpicua foret hæc delineatio in ſphæra ſolida.

Directionem (ut de ea aliquid etiam ſubjiciam) abſolvo per ar-

per arcus ſemidiurnos, & per minuta remotionis à Meridiano. Quæ ratio non eſt diverſa à Ptolemai opinione, ſed ad extremum conveniunt, eſtq; hæc facilior & exactior, ut per quam non tantum annus, ſed etiam menſis & dies futuri eventus inveſtigari poſſit, & quidem certius quam per tempora horaria, in quibus ſapiſſime unum atque alterum minutum neceſſario negligitur, quando ſcilicet arcus ſemidiurnus in ſex æquas dividi partes nequit, cui errori hæc ratio non eſt obnoxia; ut ponatur arcus ſemidiurnus 1. ſexag. 36. Gr. 20. min, qui in ſex diviſus partes reddit tempora horaria 16, Gr. 3. min, ubi duo negliguntur minuta, quæ in tempus converſa, dant 12 dies, quibus à vero aberrat iſta ratio. Deinde notandum & hoc eſt, quot minuta remotionis adhibentur loco horarum temporalium, itidem propter faciliorem operationem, & quod in omni directione primum & ante omnia querantur minuta remotionis ſignificatoris, hoc eſt, hemicyclium in quo conſiſtit ſignificator; Per quæ minuta deinceps omnium promiſſorum arcus ſemidiurni aut ſeminocturni (pro ut collatio directionis inſtituitur ad medium vel inum cæli) multiplicati, monſtrant quot gradibus æquatoris à Meridiano diſtare debeat promiſſor, ut ſub eodem hemicyclio cum ſignificatore collocetur, qui eſt finis directionis. Ut ita in cuiuſq; ſignificatoris directione primum & ſemel dividam. Poſt ſemper multiplicem; Contraria uſus eſt ratione Stadium & alii, ſed difficiliore; Quæ omnia iudicio candidi logiſtæ permitto.

De conſtitutione deniq; aspectuum ſecundum terræ latitudinẽ hoc breviter notandũ eſt, quod ſcilicet aspectus hi nõ ſimpliciter in æquatore ſumendi ſunt, ut multi exiſtimarunt, ſed ſecundũ horas vel minuta remotionis à meridiano: Ita quidem ut horæ temporales quatuor vel minuta remotionis 40 ſextile conſtituãt aspectũ, horæ vero 6 ſive minuta remotionis 60, quadratũ, horæ denique 8 vel minuta 80 trigonum, Hæc ratione gradus in cuspide alicuius domus, præcipit gradũ in linea alterius cuiuſdã domus ſextili quadrato vel trino, pro ut ea eſt vel tertia vel 4. vel 5. ab hæc domo. Si in medio alicuiq; domo conſiſtit ſidus, mediũ alterius

domus

Alge.

Cardanus in
genitura
Pauli II I.
Pontificis
M. 6.

domus aspicit, atque ita hoc proportionaliter intelligendum est. Inde Ptolemæus dicit, nonam domum aspicere primam trigono, decimam eandem quadrate, undecimam sextili. Hanc rationem constituendorum aspectuum, secundum latitudinem terræ, docet verbis expressis & manifestis Iohannes Hispalensis Cap. 22. & 27. sua institutionis Astrologica, & Saracenus prædictus cap. 26. Itemq; Henricus Batensius & alii, referente Pico.

Hi aspectus commodè adhiberi possunt in exquisitoribus saltem iudicii & coniungi cum aspectibus secundum Eclipticam acceptis, de quo vide præceptum nostrum ultimum.

Tandem addendum censeo, quod, dum hac molior, præcedunt Ephemerides novæ Martini Everardi Mathematici procul dubio clarissimi, quas autor exactas vocat, nomine, ut opinor, minus proprio; hu inserta est tabula domorum cælestium, pro Horizonte Brugensi, ad eandem Ptolemæi rationem condita. Miror autem cur nullum calculationis aut demonstrationis modum addiderit; Præterea caput de distinctione domorum tam confuse tradit autor, ut nesciam errore an vero studio turbandi lectorem id fecerit; dicit enim inter alia, Regiomontanum in distinctione domorum usum fuisse duodecim circulis per polos mundi ductis, quod est inauditum, & contra 14 Præceptum tabularum directionum ipsius Regiomontani. Non minor est error in capite de directionibus, quod aut imperfectum est, aut omnino falsum. Hac vero non calumniandi tanti autoris sed admonendi lectoris gratia dico; Aliàs hunc debito prosequor honore atq; ei magnas ago gratias, quod labores suos communicare non dubitavit, & ut observationes suas longo tempore factas fideliter publicare omnibus harum artium studiosis, tabulas etiam secundorum mobilium emittere velit vehementer oro, sublatis tamen prius, si fieri potest, erroribus, quibus adhuc sunt obnoxia, præsertim in Mercurio, cuius apparens motus sub finem mensis finem Februarii anni præsentis gradibus prope novem a dictis Ephemeridibus differre deprehensus est.

Et si autem hic autor nec cælo, nec diligentibus siderum observationibus.

servationibus. adhuc satüs fecit, præstitit tamen aliquid, ideoque laudandus est præ iis, qui saltem de Hypothesibus rixantur, cum maximo omnium scandalo, de motibus vero & tabularum usitatatum emendatione silent, licet antehac multa promiserint, hucusq; tamen pauca præstiterint. Artifices vero summos atq; excellentissimos ego indignus ipsorum discipulus nomine totius huius facultatis oro, ut communi utilitati studere, & si quid certius in motibus invenerunt, libenter & fideliter studiosi Mathematicorum communicare velint, & vivi celebritatis atq; honoris istius participes fieri, quo eos abundè prosequuti omnes sumus. Spero autem licet illam, de distinctione domorum & rectionibus, cuius ab initio facta est mentio, hoc in libello, DE I benignissimi auxilio, direm tam esse, cuius rei omnes cædidos Mathematicorum studiosos testes invoco, contentiosa vero & inquieta ingenia nil moror, certum enim est, ne Iovem quidem omnibus placere, ut verissime dicitur in proverbio.

Tibi vero, candide lector, hoc brevi in libello cōmunico fideliter, Methodo plane naturali, vera & facilima, ea omnia, quæ ad dijudicationem futurorum eventuum maxime sunt necessaria, sola motus cælestes calculandi ratio exacta & apparentis respondens desideratur, quam ut omnipotens DEVS benignissime etiam nobis per media electa largiri velit, verus suspirii & pectore fidelicum invoco.

Ne autem quis contentiosus forsitan existimet, aliena pro meis me venditare, sciatis, Tabulas delineationum & cæli mediationum ex Regiomontano desumptas esse. Tabulas vero domorum supputandas dedi amico meo singulari & collaboratori fideli juveni ingenioso Augustino Lanio Onoldino monstrata prius calculi ratione, cui etiam gratiã aliquã debes, ppter laborem hunc quem volēs subiit, & q tibi, candide Philomathes, profuturus est.

Ad extremum te rogatū volo, ut hæc qualiacunq; qua vindicanda veritatis gratia in medium protuli, boni consulas & candidè interpreteris; Fuit enim & est mihi animus, ut ne minem ledam, multis vero profim. His feliciter fruire, & studiis nostris juvenilibus fave, & vale. C Præ-

Præceptum Primum.

Quæ requirantur in Astrophilo, ut doctrinæ sequentis capax fieri possit.

PRÆCEPTVM hoc ideo cateris præmittere necessarium duxi, lector Astrophile, ut statim ab initio intelligeres, quid scire te necesse sit, ut doctrinam sequentibus in præceptis comprehensam facilius & majori cum fructu percipere & intelligere possis. Tria a. potissimum ad cognitionem horum præceptorum utilem requiruntur. Primum est, ut quatuor has species logistica scrupulorum exercitio diligentiore admodum tibi familiares reddas, additionem scilicet, subtractionem, multiplicationem & divisionem; quatum tres priores dicto sunt faciliores, quarto solummodo quandam præ se fert difficultatem. Has ex tabulis Prutenicis vel aliis similibus libris facillime discere poteris, modo te diligenter te in iis exercueris. Alterum est, ut scias quæ ratione cum numeris datis in tabulas ingrediendum sit lateraliterne an vero arealiter; Quid autem sit lateralis & arealis ingressus, non tam aliunde, quam ex ipsis præceptis intelligere poteris. Tertium & ultimum est, ut scias de quacumq; differentia oblata, partem sumere proportionalem ad 60, in quem finem ad calcem tractatus ad junxi tabulam scrupulorum sexagesimorum. Quæ omnia etiam si sunt admodum facilia, atq; in omni calculatione Astronomica maxime necessaria, tamen de iis te logista benevole, admonere volui, ne accederes ad hanc doctrinam imparatus. Præmissis itaque iis, quæ præmittere oportuit, ad ipsa præcepta & ad demonstrationem usus harum tabularum accedo.

II. Præceptum.

Declinatio · Dati puncti in cælo, latitudinem octo graduum non excedentis declinationem invenire.

Si dati

SI DATI puncti vel gradus signum reperitur in fronte tabula declinationum, quæris datum gradum in latere descendente ad sinistram: si vero in calce offenditur, in latere ascendente ad dexteram quæras dictum gradum, latitudinem vero convenientem, si quam habet, semper in fronte tabula reperies. Angulus communis in area tabula continet quæsitam declinationem Borealem quidem in signis Borealibus aut supra scalam rubram: Australem vero, in signis Australibus, seu infra solam rubram. Si vero minuta gradui cum longitudinis tum latitudinis adhaerint, accipienda est hæc pars proportionalis de differentia inter duos numeros collaturales & proximos in tabula comprehensa, per canonem Hexacontadon; quæ pars proportionalis vel est addenda vel subtrahenda à numero in angulo communi invento, pro ut numeri collaterales vel crescunt vel decrescunt. Ut exempli gratia sit & in 16 Cr. 25. scr. Aquarii habeatq; latitudinem meridiana 1. Ca. 30. scrup. hujus declinatio meridiana, secundum doctrinam præcepti, eruitur ex tabula 17. Gr. 22. scr. Item sit & in 4 Gr. 3. scrup. Piscium tû latitudine meridionali 0. gr. 20 scrup. Ejus declinatio invenitur etiã meridiana Gr. 22. scrup.

Cautela:

Contingit autem nonnunquam scalam rubram intercipere angulum communem & numerum immediate sequentem, tunc itaq; angulus communis jungendus est numero immediate sequenti, & cum aggregato agendum est pro parte proportionali elicienda, ut jam pridem cû differentia anguli communis numeriq; sequentis. Verum si postremo non posset fieri subtractio ab angulo communi, fiat e contra, subtrahendo videlicet angulum commune ab ipsa parte proportionali, & relinquetur declinatio quæsitæ, alterius tamen denominationis quam erat angulus communis. Scalam autem rubram, hoc loco nil aliud intelligito quam ipsum æquatorem, in qua sidus aliquod constitutum omnino caret declinatio.

III. Præceptum.

Dati gradus vel puncti in cælo, latitudinem octo graduum non excedentis ascensionem rectam invenire.

Si dati

Signum

Fig. 1. m.

Lat. 1. 30. m.

Fig. 2. m.

Decl. 1. 19. m.

Sala rubra quid?

Fig. R

SIGNVM dati gradus quare in fronte tabula, gradum vero longitudinis in latere descendente ad sinistram latitudinem in fronte, sub convenienti titulo. Angulus communis monstrat tibi quesitam Ascensionem rectam, quam tamen corrigendam esse per partem proportionalem memineris, si gradibus vel longitudinis vel latitudinis vel utriusque aliqua adhaerint scrupula. Ut assumatur priora exempla: Primum & in 16 gr. 25 min: Aquarii cum lat: Australi 1 gr. 30 min: Eius ascensio recta, iuxta hoc præceptum, elicitur ex tabula cæli mediationum 319 gr. 21. min: Deinde & in 4 gr: 3 min. Piscium cum lat: merid: 0 gr: 20. min: Huius Ascensio recta est 336 gr: 4 min.

IV. Præceptum.

Data puncta dati declinatione, & latitudine regionis, a cum ejus semidiurnum vel seminocturnum reperire.

POSTquam ingressus fueris tabulam arcuum semidiurnorum, quare gradum declinationis in latere descendente tabula ad sinistram, & per transversum sub data regionis latitudine excerpere arcum, semidiurnum quidem, declinatione existente Boreali, seminocturnum vero declinatione existente australi. Emendationem huius arcus ne intermittas, si gradus declinationis & latitudinis regionis minuta juncta habuerint. Si vero quæris arcum semidiurnum, tabula autem tibi dat arcum seminocturnum, vel vice versa: tunc subtractio huius ex semicirculo, hoc est, tribus sexagenis graduum, te voti compotem faciet. Exempli gratia: Cupio scire arcum seminocturnum & in regione cuius latitudo est præcise 49 Gr: declinationem eius inveni in secundo præcepto 23 scr. cum hac ingressus dictam tabulam ut convenit, deprehendo arcum seminocturnum & 1. sexg. 51. gr. 6 scr. Similiter cum declinatione & sub eadem latitudine regionis ex tabula elicio arcum 1. sexag. 42. gr. 9. scrup: iidem seminocturnum quia utriusque declinatio existit meridiana. Subtra-

Subtractio horum arcuum ex semicirculo sive 3. sexag. producit utriusque arcum semidiurnum.

V. Præceptum.

Data loci Solis ascensione recta, & datis horis elapsis à meridie, ascensionem rectam medii cæli & gradum Ecliptice huic respondentem invenire.

HORAS à meridie elapsas converte in tempora æquatoris dando hora unicuique 15 Gr. æquatoris (ut in libellis sphericis docetur) numerus proveniens est ascensio recta temporis, eam semper adde ascensioni recta loci Solis, & resultat ascensio recta medii cæli, cum qua arealiter ingressus canonem ascensionum rectarum, ex adverso in latere sinistro offerretur tibi gradus Eclipticae dodecatemorii, quod est verticale ascensioni cum qua intrasti tabulam. Partis proportionalis ne obliviscaris, si tua ascensio non præcise habetur in area tabula. Exemplum: Datus sit locus solis 0 gr: 39. min. Aquarii, ejusque ascensio recta per 3. præceptum 302 gr: 43. min. Data sint etiam horæ à meridie 11. 33 minut: prim: 32. secun: Hoc tempus conversum in gradus æquatoris, reddit ascensionem rectam temporis 173 gr: 23. min. quæ juncta ascensione recta loci Solis, producit ascensionem rectam medii cæli 116. gr. 6. min, cui ex tabula ascensionum rectarum respondet 24. gr. 11. min. Cancris.

~~149-90~~
302-43
173-23
996-6
360
116-6
29-11-60

VI. Præceptum.

Data ascensione recta tum medii cæli, tum loci dati, ejus distantiam à meridiano colligere.

SI queris distantiam dati loci à meridiano supra terram, & locus datus consistat in medietate cæli orientalis, tunc subtrahe ascen-

he ascensionem rectam medii caeli ab ascensione recta dati pun-
cti. Si vero consistit idem locus in medietate caeli occidentali, fac
contrarium, subtrahendo nimirum ascensionem rectam loci dati
ex ascensione recta medii caeli, residuum utrobique ostendit tibi
quasitam à meridiano supraterraneo distantiam. Si autem qua-
ris distantiam dati loci à meridiano infra terram sive subter-
raneo, subtractionem modo priori contrario absolvas, & fiet
voti compos. Exemplum; Cupio scire distantiam & à me-
ridiano subterraneo, sive imo caeli, cuius ascensio recta est 296.
gr: 6. min: Subtraho itaque hanc ex ascensione recta utriusque
inventa per tertium praeceptum, quoniam uterque consistit in me-
diate caeli occidentali, & relinquitur mihi distantia à meri-
diano subterraneo quasita & quidem 23. gr: 15. min: & vero 39.
gr: 58. minorum.

VII. Præceptum.

Dato loci dati arcu semidiurno, ejusque distantia
à meridiano, minuta remotionis puncti dati ab
eodem meridiano reperire.

DIVIDE distantiam loci dati à meridiano per arcum eius
semidiurnum, sicollatio instituta est ad medium caeli; per
arcum vero seminocturnum si ad imum caeli. Quotus numerus
ostendit tibi quasita minuta remotionis, in primis, secundis vel
etiam tertis scrupulis. Exemplum; Quarenda sunt mihi mi-
nuta remotionis & ab imo caeli; Arcus ejus seminocturnus da-
tur per 4. praeceptum 1. sex. gr: 6. min: distantia vero ab imo ca-
li per proxime precedens, 23. gr: 15. min: Hanc divido per
arcum seminocturnum, in quotiente proveniunt minuta remo-
tionis ab imo caeli; 12. prima 33. secunda 22. tertia, qualium totus
arcus seminocturnus assumitur 60.

VIII. Præceptum.

Dati puncti differentiam ascensionalem invenire.

DATI

DAti puncti arcus seminocturno vel semidiurno sit in vultu
p. 4. Præceptum; Qui si major fuerit quadrante, ex eo rejiciatur
quadrans circuli, Sin vero minor, ex quadrante dictus arcus subdu-
cendus est residuum utrobique est quasita differentia ascensio-
nalis. Exemplum; Quarenda est differentia ascensiona-
lis & arcus eius seminocturnus inventus est per 4. prae: 1. sex.
7. gr: 6. min. hoc est 111. gr: 6. min. major scilicet quadrante;
Quare ex eo reiectus quadrans circuli, id est 90 gr. relinquit
quasitam & differentiam ascensionalem 21. gr: 6. min. simili pla-
ne ratione colligitur differentia ascensionalis & 12. gr: 9. min.

Hec duo præ-
cepta, proxi-
me se con-
sequentia,
hic inferun-
tur, propter
Ptolemæi
vulgarem di-
rigendi mo-
dam, in quo
ascensiones
& descensio-
nes oblique
usurpantur.

IX. Præceptum.

Ex data loci dati ascensione recta differentia ascen-
sionali, & minutis remotionis, ascensionem
vel descensionem obliquam hemi-
cyclo, in quo locus datus con-
sistit, congruentem
ertere.

DIFFERENTIAM ascensionalem multiplica per minu-
ta remotionis, productum ex multiplicatione subtrahere ex
ascensione recta loci dati, si declinatio ejusdem extiterit Borea-
lis, adde vero si australis, & resultabit ascensio obliqua dato situs
conveniens. Contrarium fac pro invenienda descensione obli-
qua. Exemplum, Cupio scire descensionem abliquam & cujus
ascensio recta est inventa per 3. prae: 319. gr: 21. min: differen-
tia vero ascensionalis per 8. prae: 21. gr: 6. min: Minuta deniq;
remotionis ab imo caeli 12. prima 33. sec. 22. tert: per 7. prae:
Proventum ex multiplicatione differentia ascensionalis per mi-
nuta remotionis est 4. gr: 24. min: 56. sec: quod est subtra-
hendum ex ascensione & recta, quia ejus declinatio inventa
est meridionales per 1. prae, emergit igitur descensio obliqua
& 314. gr: 56. minut:

X. Præ-

NB. Diff.
 56
 25
 1.23

lū prior domus prima 197. gr. 53. min. Cum eodem gradu con-
 jecturali videlicet 13. libra ingredior tabulam ascensionum re-
 ctatum, & excerpo eius ascensionem rectam posteriorem 196. gr.
 35 min: cum differentia laterali 56 min: Has duas differentias
scilicet 27. & 56. jungo, quia gradus dictus continetur in medie-
tate Zodiaci descendente, & quia domus prima est orientalis
 proventum huius additionis est 1. gr. 23 min: per quod divido ar-
 cum productum ex subtractione ascensionis recte unius ab altera,
 qui est 1. gr. 18. min: quosus proventus ex hac divisione
